Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium de Sanctis - Cod. Aug. perg. 21

[Reichenau ?], [12. - 13. Jh.]

Buchschmuck

urn:nbn:de:bsz:31-41579

Visual Library

per bona opera exercet. Nec castitas
que magna est sine bono opere. nec
bonum opus est aliquid sine castita
te. Sed & si utrumque agitur. restat.
ut quisquis ille est. spe ad supernam
patriam tendat. nequaquam
se a uiciis pro mundi huius honesta
te contineat. quia & si quedam
bona pro honestate inchoat.
in eius tamen intentione non
debet permanere. nec per bona opera
presentis mundi gloriam querere.
sed totam spem in redemptoris
sui aduentu constituat. Unde
& protinus subdit. Et uos similes
hominibus expectantibus dominum suum
quando reuertatur a nuptiis. XII.
Ad nuptias quippe dominus
abiit. quia resurgens
a mortuis. ascendens
in celum. supernam sibi multitudi
nem angelorum. nouus homo co
pulauit. Qui tunc reuertetur. cum
nobis iam per iudicium manifestatur.

8 Bene autem de seruis expectan
tibus subditur. Ut cum uenerit et
pulsauerit. confestim aperiant
ei. Uenit quippe cum ad iudicium
properat. pulsat uero cum iam per
egritudinis molestias. esse mor
tem uicinam designat. Cui con
festim aperimus. si hunc cum
amore suscipimus. Aperire
enim iudici pulsanti non uult.
qui exire de corpore trepidat.
& uidere eum quem contempsisse se
meminit. iudicem formidat. Qui au
tem de sua spe & operatione
securus est. pulsanti confestim
aperit. quia letus iudicem susti
net. & cum tempus propinque
mortis agnouerit. de gloria re
tributionis hilarescit. IH

Nat. s. Lucie u. i.

Cum per uniuer
sam prouintiam beatis
sime uirginis agathes
fama crebresceret. & siracusanis populis